

†

BOLETIN ECLESIASTICO

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA.

Esta publicacion oficial, que solo se hace para las Iglesias y Párrocos de la Diócesis, saldrá dos veces al mes en los dias que el Prelado dispusiere. Las reclamaciones se dirigirán á la Secretaría de Cámara del Obispado

OBISPADO DE SALAMANCA.

El Excmo. Sr. Nuncio de S. Santidad Nos ha dirigido la carta del tenor siguiente:

NUNCIATURA APOSTOLICA.—Ilmo. Sr.—Habíendose dignado el Altísimo dar una mas clara y espléndida manifestacion de los preclaros méritos de su siervo privilegiado **BEATO MIGUEL DE LOS SANTOS**, con milagros por su intercesion, el Sumo Pontífice **Pío IX**, el 17 de Setiembre último, decretó que se le tributáran los honores de la solemne canonizacion. La España, pues, que entre los héroes mas insignes de la Iglesia enumera á muchos de sus hijos, podrá ahora agregar tambien este, quien natural de la diócesis de Vich, terminó en Valladolid la carrera de sus dias, corta por cierto, pero bastante para producir un ilustre dechado de cristiana perfeccion.

Bien conoce V. S. I. lo crecidos que son los gastos necesarios para celebrar con el decoro que corresponde á una de las mas augustas funciones de la liturgia ca-

tólica en la Basílica Vaticana semejante canonización. De muy buena voluntad se hubiera hecho cargo de todos ellos la venerable y benemérita Orden de los Trinitarios descalzos, á la cual perteneció el BEATO MIGUEL, y en que fué educado para el Cielo; pero sus recursos siendo desproporcionadamente inferiores para llevar á efecto tamaña empresa, se vé obligada á acudir á la piedad y generosidad de los fieles. Y como entre estos, los paisanos y nacionales del Beato no pueden dejar de ser los mas propensos, antes bien los mas deseosos en procurar que su nombre y su santidad estén dignamente celebrados, la misma Orden para excitarles á ello por conducto de sus Prelados, ha enviado á esta Corte á su ministro general P. Antonio de la Madre de Dios, junto con otro religioso, su compañero.

El Emmo. Sr. Cardenal Arzobispo de Toledo los ha acogido con gran benignidad, y en su circular de 8 de los corrientes ha encargado á los Curas párrocos y Rectores de las iglesias, que *exhorten y recomienden eficazmente á sus feligreses esta obra de piedad y de religion y reciban las limosnas que se ofrecieren.*

Estoy persuadido que sin embargo de que los dos mencionados religiosos no puedan ir en persona á esa diócesis, V. S. I. teniendo por la presente conocimiento de su mision, querrá coadyuvarles del mismo modo que lo ha hecho el Señor Cardenal de Toledo, pues su objeto no es menos loable, bajo el punto de vista religioso que honroso para la España.

Madrid 21 de Octubre de 1861.—Lorenzo, Arzobispo de Tiana.—Ilmo. Sr. Obispo de Salamanca.

Esta piadosa excitacion unida al Decreto inserto en el número anterior de este Boletín, por el que el Santo Padre se dignó declarar que puede procederse con seguridad á la Canonización del Beato Miguel de

los Santos, es bastante para que todos los católicos que se honran con este nombre se apresuren á contribuir, segun su posibilidad, á los gastos que lleva consigo la magnificencia de semejante solemnidad, digna del altísimo objeto á que se consagra. Pero no son solos los sentimientos católicos los que nos estimulan á este desprendimiento: se trata de un Español insigne, prodigio de mortificacion, y de inocencia, del admirable Trinitario Descalzo, el Beato Miguel de los Santos, que á los 35 años consumó en Valladolid una vida llena de eminentes virtudes y heróicos ejemplos de Santidad, y el patriotismo nos obliga á tomar una parte muy activa en el honor supremo que la Iglesia prepara á nuestro jóven compatriocio. La gloria del Beato Siervo de Dios, que muy en breve va á ser inscrito en el catálogo de los Santos, es una gloria católica y española, que debemos promover como españoles y católicos. Confiando, pues, en los sentimientos patrióticos y cristianos de que tienen dadas tantas muestras, no dudamos en dirigirnos á Nuestros muy amado diocesanos á fin de que cooperen con sus limosnas á una obra tan Santa y honrosa para nuestra nacion. Al efecto Nuestros Párrocos y Ecónomos les exhortarán al ofertorio de la misa conventual del primer dia festivo, leyendo esta nuestra circular, y recojerán las limosnas que se ofrezcan y remitirán á nuestra secretaría para ponerlas á disposicion del Excmo. Sr. Nuncio de Su Santidad, juntamente con la que por nuestra parte destinaremos al mismo objeto. Salamanca 11 de Noviembre de 1861.—ANASTASIO, *Obispo de Salamanca*.

El otro decreto á que se refiere la carta anterior, y por el que se estiende á toda la Iglesia el Oficio y Misa de Santa Angela de Mérici es el siguiente:

DECRETUM URBIS ET ORBIS.

Angelorum praedita moribus, et pulchritudine Sancta *Angela Merici* sicut lilium inter spinas in terris degens ubique mirum sparsit suavitatis odorem. Haec ab adolescentia alacriter iter perfectionis arripens, eo devenit ut Sanctus Carolus Borromeus paucis post ejus obitum annis adfirmare non dubitaverit, dignam plane esse quae ab Apostolica Sede in Sanctarum Virginum Album referretur. Sanctissima Palaestinae loca summa cum religione perlustravit, et Sepulcra Apostolorum Petri et Pauli Romam veneratione pervenit. Ibi sese excitatam sensit ad promovendam puellarum institutionem, probe noscens illas pravis ac faedis Calvinianae et Luteranae hoeresis, quae tunc late grassabatur, illecebris, veluti inter vepres irretitas virgineum florem amissuras. Quare Brixiae novum sacrarum Virginum Sodalitium sub Patrocinio, et Nomine Sanctae Ursulae Christi Virginis et Martyris instituit, cujus curae demandavit, ut adolescentulas tam divites quam pauperes fidei rudimenta doceret, ad recte casteque vivendum informaret, illisque eas, quae propriae mulierum sunt exercitationes traderet. Uberes ex hoc Instituto *Angela* ad Ecclesiae bonum et Societatis retulit fructus, eique Deus Omnipotens ita gratiae suae dona copiose largitus est, ut ubique terrarum difunderetur, suaeque famulae morti proximae pandere dignaretur illud perenne futurum.

Quum teterrimis hisce temporibus perversi ac scelerati homines omnem moveant lapidem ad Catholi-

cam Ecclesiam, ac Societatem labefactandas, et ad id facilius obtinendum mulierum mores, presertim adolescentium, pervertere studeant, ut ex depravata earum mente erroris venenum altius in filiorum animos inseratur nonnulli Eminentissimi, ac Reverendissimi Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, nec non quamplures amplissimi totius Orbis Antistites Sanctissimum Dominum Nostrum *Pium IX*, Pontificem Maximum humillimis precibus instantissime efflagitarunt, ut Officium et Missa *Sanctae Angelae Merici* Sodalitii Sanctae Ursulae Institutricis, ad universam extendantur Ecclesiam; ut ejus ope et meritis dignetur Dominus foemineum sexum ab omni labe immunem, et errore servare, ac hostium depulsis insidiis Ecclesia sua perpetua pace laetetur. Quibus omnibus a me subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario Sanctissimo Domino Nostro fideliter expositis, Sanctitas Sua Apostolica Auctoritate edixit, ut deinceps festum *Sanctae Angelae Merici* Virginis cum Officio et Missa aliquibus locis jam concessis, sub ritu duplici minori ab universa Ecclesia recolatur. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 11 mensis Julii anni 1861.

C. EPISCOPUS PORTUEN. ET S. RUFINAE CARD. PATRIZI S. R. C. PRAEF. = D. Bartolini S. R. C. Secretarius.

LIBROS PROHIBIDOS.

Hé aqui la lista de los libros prohibidos por decreto de la Congregacion del Indice de fecha 9 de octubre de 1861.

Defensas de las principales proposiciones de la tesis sostenida en la Universidad de Génova el 19 de julio de 1860, por Vouthier.

De la constitucion civil del clero y de la secularizacion de los bienes eclesiásticos. Discurso de Francisco Dini, Florencia.

Pro causa italica ad episcopos catholicos. Auctore presbytero catholico. Florencia.

El Pontifice y las armas temporales empleadas en defensa del poder espiritual, segun la *Civiltà catholica*. Carta politico-moral de un párroco piemontés. Milan.

Apología del opúsculo titulado *El Pontifice y las armas temporales*, por Pedro Mongini, párroco de Ogebio. Intra (Lago Mayor.)

De la libertad de conciencia en sus relaciones con el poder temporal de los Papas, por Eusebio Reali. Turin.

Avum tentamen antiquæ in veritate factorum pendotæ philosophiæ historiæ, Auctore Ernesto de Lapaux. Munich.

De los fundamentos teológicos de todos los sistemas de filosofia, por el mismo autor. Munich.

Los poetas y los filósofos considerados como profetas, por el mismo autor.

La vida, la doctrina y las costumbres de Sócrates, ilustradas segun los documentos mas antiguos, por el mismo autor.

CONFERENCIA MORAL PARA EL DIA 17 DE
DICIEMBRE.

Quid est jejunium ecclesiasticum, et quænam ad

illud requiruntur?—Præceptum jejunii per se obligat sub mortali?—Quos? a quo tempore? et an cesset aliquando hæc obligatio?—Estne peccatum mortale sine justa causa tempus refectionis anticipare?—In diebus jejunii potest inverti tempus comestionis sumendo meridie refectionem serotinam, prandium differendo ad vesperam?

Dr. Franciscus de Paula Gimenez.

Informe razonado escrito por el Secretario de la sagrada Congregacion de Ritos para la correccion del Misal romano, con las resoluciones y decretos expedidos.

(CONTINUACION.)

IV decreto del 25 de setiembre de 1860.

Decretum Urbis et Orbis. Missale Romanum.—
Quum duo Romæ nova missalia quamprimum debeant in lucem prodire, alterum ex typographia Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, alterum ex typographia Josephi Salvicci, Sacrorum Rituum Congregationis secretarius inhærens decreto generali super editione librorum liturgicorum diei 26 aprilis 1854, sui muneris esse duxit omni vi eniti ut eadem plene concordent cum archetypis editionibus Clementis VIII ac Urbani VIII, nec non cum alia ad illas fidelissime exacta, typisque sacræ Congregationis de Propaganda Fide anno 1714 impressa, pro qua adornanda ipsa Sacra Rituum Congregatio diebus 25 septembris 1706 et 18 septembris 1714 duo tulit Urbis et Or-

bis decreta. Quo vero secretarius prædictus propositam metam attingeret, viris non minus diligentibus quam rubricarum scientia præditis in partem laboris adscitis, omnia illa, de quibus dubium aliquod exoriri potuit, non modo cum allegatis, sed quoties necesse visum est, etiam cum quatuora liis optimæ notæ editionibus conferre curavit non multo post Urbanum VIII censis, sive Romæ anno 1643 a Bernardino Tani, et anno 1677 a tipographia Reverendæ Cameræ Apostolicæ, sive Venetiis anno 1640 a Petro Ciera et anno 1654 a Francisco Boba. Confugit insuper ad decreta authentica Sacrorum Rituum Congregationis, atque ex iis tutissimam normam desumpsit ad plura, præsertim in rubricis emendanda vel resecanda a typographis in recentioribus Missalis Romani editionibus immutata vel addita. Verum quum in hoc examine nonnulla sibi occurrissent gravioris momenti dubia, eadem discutienda ac dirimenda subjecit Congregationi Sacrorum Rituum particulari a SSmo. Domino Nostro Pio Papa IX hunc in finem delectæ. Hæc autem quum die 25 septembris 1860 convenisset in ædes Emi. et Rmi. Domini Cardinalis Constantini Patrizzi Sacrorum Rituum Congregationis præfecti, singulis mature perpensis, proposita dubia definivit ut sequitur:

Dubium I. Certum est in oratione: «Nobis quoque peccatoribus» intra missæ canonem non nisi tria ista verba clara voce esse dicenda, idque aperte innuntium rubricæ generales, cap. xvi. n. 1. tum ritus servandus in celebratione missæ, cap. ix, n. 3, ubi ita præscribitur: «Quum dicit (sacerdos) Nobis quoque peccatoribus, voce aliquantulum elevat et prosequitur secreto: famulis tuis, etc.» Sed quum accurata isthæ distinctio inter verba secreto, aut elata voce, dicenda desideratur in rubrica Ordinis Missæ absolute

prescribente: «Manu dextera percutit sibi pectus elata parum voce dicens vobis quoque peccatoribus «famulis tuis, etc.» Quæritur an ad clariorem hanc postremam rubricam reddendam, post verba: «Nobis quoque peccatoribus, addi possit intra parentheses «brevis hæc adnotatio: Et prosequitur secreto?»

Ad I. *Non expedire.*

Dubium II. Neque in rubricis generalibus, neque in ritu celebrandi missam, neque in Ordine Missæ dum statuitur ut in fine missæ legatur evangelium sancti Joannis: «In principio erat verbum» nulla indicatio occurrit, qua scire possit sacerdos in qua parte missalis evangelium illud reperiat: et istiusmodi silentium commune est quibuscumque Missalis Romani editionibus non exclusis archetypis Clementis VIII et Urbani VIII. Quum autem peropportuno videri possit id aliquo modo in ordine missæ indicari, seu remittendo sacerdotem per simplicem citationem folii ad tertiam missam Nativitatis Domini, ubi prædictum evangelium habetur, sive evangelium ipsum apponendo per extensum in fine Ordinis Missæ prout fieri solet in canone missæ pontificalis, quæritur an et quomodo allegatio prædicti evangelii apponi possit in missalibus proxime edendis?

Ad II. *Nihil innovetur.*

Dubium III. Quum ab anno 1806 in persona Francisci II Austriæ imperatoris cessaverit romanum imperium, non amplius hodie dicendæ sunt orationes pro romanorum imperatore assignatæ tum feria VI in Parasceve in missa Præsanctificationum, tum Sabbato Sancto in postrema parte præconii paschalis, prout expresse declaravit Sacra Rituum Congregatio in Sarsinaten., 3 augusti 1839, in Mechlinien., die 7 decembris 1844 ad 6, in Maceraten., die 14 junii 1844 ad 3. Quæritur ergo: 1. An prædictæ orationes ex-

pungendæ sint in novis Missalis Romani editionibus?

Ad III. *Negative.*

Et quatenus negative. 2. An ad utramque orationem brevis apponi debeat rubrica, qua declaratur eas hodie esse omittendas?

Ad II. *Negative.*

Et quatenus negative. 3. An saltem istiusmodi adnotatio apponi debeat initio missalis post rubricas generales inter decreta Sacrorum Rituum Congregationis?

Ad III. *Affirmative.*

Dubium IV. Quotquot in lucem prodierunt post Urbanum VIII Missalis Romani editiones, recentioribus tantummodo exceptis, rubricam missæ de solemnitate Corporis Christi his verbis concipiunt: «Infra octavam dicitur hæc eadem missa, et non fit de aliquo Sancto nisi fuerit duplex occurrens, non autem translatum.» Rubricæ huic perfecte concordat parallela Breviarii romani rubrica ante officium Corporis Christi, quæ ita se habet: «Infra octavam non fit de festo nisi fuerit duplex... nec fit de duplici translato.» Verum quum in recentioribus editionibus primæ rubricæ additæ privato arbitrio hæc verba fuerint «nisi sint primæ vel secundæ classis,» factum hinc est, ut quæ intra utramque rubricam aderat olim perfectissima consonantia, ob recens istiusmodi additamentum omnino cessaverit. Ceterum quum denegari non possit verba «nisi sit primæ vel secundæ classis» cohærere declarationi in nonnullis particularibus decretis a Sacra Rituum Congregatione factæ præsertim in Ulyxbonen., diei 30 maii 1699 ad 2, hinc quæritur, an a prædicta missalis rubrica expungenda sint verba recentius addita «nisi sint primæ vel secundæ classis?»

Ad IV. *Negative eademque verba addantur in nobis Breviarii romani editionibus.*

Dubium V. In festo Purificationis Beatæ Mariæ Virginis ante missam legitur hæc rubrica: «Si hoc festum venerit in Dominica septuagesimæ, sexagesimæ et quinquagesimæ fit tantum benedictio et distributio candelarum et processio, et missa dicitur de «Dominica, missa autem festi transferetur ad sequentem diem.» Quid nomine «sequentis diei» in hac rubrica foret intelligendum nullum potuit exoriri dubium, donec dies tertia februarii nonnisi a festo simplici fuit occupata. Ast postquam pro multis diœcesibus prædictæ diei affigi cœpit festum duplex vel semiduplex, tunc non immerito dubitatum fuit utrum pro *die sequenti* intelligenda foret ipsa dies tertia februarii, quamvis impedita, an potius prima dies post eam vacua a festo duplici vel semiduplici. Cui dubio Sacra Rituum Congregatio ut occurreret generale decretum edidit *Urbis et Orbis* die 20 julii 1748 quo ita cavit: *Quando ejusmodi casus intervenerit, officium Purificationis esse transferendum ad feriam secundam immediate sequentem, quocumque festo etiam æqualis, non tamen altioris ritus in eam incidente. Et ita servandum mandavit quando festum Anuntiationis Beatæ Mariæ Virginis occurrat in dominica privilegiata. Quod si in hebdomada majori vel paschali, tunc Anuntiationis officium pari cum privilegio in feriam secundam post dominicam in albis voluit transferri. Atque hoc decretum generalibus calendarii romani rubricis adjici præcepit. Quum itaque hoc decretum juxta mentem Sacræ Congregationis adjici debeat rubricis generalibus, quæritur an in prædicta Missalis Romani rubrica verba in sequentem diem commutandæ sint cum hisce verbis: in feriam secundam immediate sequentem, quocumque festo etiam æqualis non autem altioris ritus in eam incidente?*

rubrica de

Ad V. *Affirmative.*

Dubium VI. Eandem ob causam quæritur an ante missam Annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis sit nova rubrica adjicienda qua privilegium hujus festi annuntietur ad formam præcitati decreti *Urbis et Orbis* diei 20 julii 1748?

Ad VI. *Affirmative.*

Dubium VII. Quum autem idem privilegium, et sub eadem clausula ut *generalibus calendarii romani rubricis adjiciatur* hoc vertente anno fuerit a SSmo. Domino Nostro Pio Papa IX decreto *Urbis et Orbis* diei 24 maii tributum festo Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis, quæritur an similis rubrica huic quoque festo sit adjicienda?

Ad VII. *Affirmative.*

Dubium VIII. In omnibus antiquis editionibus Missalis Romani non exclusis illis Clementis VIII et Urbani VIII immediate ante missam Purificationis Beatæ Mariæ Virginis ita legitur: *Finita processione... candelæ tenentur in manibus accensæ dum legitur evangelium, et iterum ad elevationem Sacramenti usque ad communionem.* Huic rubricæ in recentibus editionibus adjuncta fuerunt hæc alia verba ad literam desumpta ex Cæremoniali episcoporum, lib. 2, cap. 26, n. 19: *Si vero missa fuerit de dominica, candelæ non accendantur.* Inficiari nequit additamentum istud in se spectatum eam utilitatem præseferre, ut rubricæ uberius declarandæ optime inserviat, ipsaque verba, quibus conceptum fuit quatenus derivata ex Cæremoniali episcoporum, vim legis habere. Nihilominus quum eadem additio nova sit, et privato tantum arbitrio facta, quæritur utrum eadem conservari, an potius supprimi debeat?

Ad VIII. *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.*

Dubium IX. Duo festa septem Dolorum Beatæ Mariæ Virginis, quorum alterum affixum est feriæ VI post dominicam Passionis, alterum vero dominicæ III septembris, reguntur quoad modum translationis non a generalibus Breviarii et Missalis Romani rubricis, sed a legibus omnino propriis, quæ inter prædictas rubricas minime continentur. Siquidem de primo illo festo cautum est, ut quando celebrari nequit feria VI post dominicam Passionis, vel in sequenti sabbato, illo anno omittantur nec transferatur ad tempus paschale. Ita definivit Sacra Rituum Congregatio in *Corduben.*, die 3 septembris 1772 ad 3 et 4. De secundo autem festo duo extant decreta *Urbis et Orbis* dierum 18 septembris 1814 et 19 augusti 1817, quibus regulæ illud transferendi de una in aliam dominicam fuse declarantur. Jam vero quum ad sacerdotum instructionem peropportunum videatur, ut de modo eadem festa transferendi aliquid adnotetur in novo missali, quæritur: an ante missam utriusque festi sit apponenda peculiaris rubrica, qua ordo translationis declaretur ad formam prædictorum decretorum?

Ad IX. *Affirmative.*

(*Se continuará.*)

MISIONES EN LA VILLA DE TAMAMES,

Maravillosos han sido los frutos que han producido las misiones en Tamames, dirigidas por dos Profesores del Seminario Conciliar de Salamanca, segun nos escriben de dicha villa. En ellas ha derramado el Cielo raudales de misericordia, y la semilla de la palabra divina ha fructificado de un modo asombroso en los co-

razones de aquellos verdaderos fieles. El 27 del próximo pasado Octubre dióse principio á esta santa obra, y desde los primeros dias se advertia en el auditorio una piadosa avidez por escuchar las verdades eternas. Aumentábase de dia en dia el número de oyentes hasta el extremo de que el templo, no obstante sus espaciosas dimensiones, era ya insuficiente para contener la inmensa multitud que se agrupaba, sin turbarse por eso en lo mas mínimo el silencio y compostura, que tanto realza la fè de este religioso pueblo: bien pronto se dejaron notar los resultados de tan excelentes disposiciones. Anunciado por los PP. Misioneros que era llegado el caso de acercarse al Sacramento de la reconciliacion, todos concurrieron presurosos á lavar sus culpas en las saludables aguas de la Penitencia; y tal fué el número de confesiones, en su mayor parte generales, que no bastando los PP. y Sres. Curas Párrocos de los pueblos circunvecinos, fué preciso acudir sen dos Sacerdotes], alumnos del referido Seminario, para poder satisfacer á tantas necesidades.

El Viérnes, dia de la festividad de todos los Santos, tuvo lugar la Comunión general de los niños de ambos sexos y de los Cofrades del Santísimo Sacramento. No puede espresarse el encanto religioso que produjo este acto, que tantas lágrimas hizo derramar á los circunstantes. Las niñas se presentaron á la Sagrada Mesa con vestidos blancos símbolo, de su inocencia, y ceñidas sus sienes con graciosas guirnaldas de flores. Mas de doscientas personas recibieron á Jesus Sacramentado entre cánticos de amor que entonaban los labios de aquellos inocentes, y exhortaciones que dirigía uno de los PP. Misioneros: acto continuo se celebró una solemne función dedicada por las Hijas de María á su excelsa Patrona. Desde entonces era tal la afluencia de penitentes que verdaderamente contritos, acudian al tri-

bunal de la Penitencia, que faltaba tiempo para oír las Confesiones de los que arrepentidos de su pasada vida volvian como hijos pródigos á echarse en los brazos de su Padre Celestial. Cuantas veces los Oradores Sagrados, dejando el Confesionario, ocupaban la Cátedra del Espíritu Santo, otras tantas eran ya interrumpidos por las lágrimas que en abundancia se derribaban: lágrimas de dolor y arrepentimiento, lágrimas tambien de consuelo y de la mas dulce esperanza,

Llegó por fin el domingo, dia señalado para la Comunion general, y desde las cuatro de la mañana se dirigian silenciosamente hácia el Templo multitud de fieles que rodeaban á porfia los Confesonarios para no verse privados de asistir á la Sagrada Mesa. A las nueve se dió principio á la Misa de la Comunion y fué preciso que otro Sacerdote ayudase al Celebrante en la distribucion del Pan Eucarístico, atendida la muchedumbre de los que se aproximaban á recibirle; despues de algunos momentos de descanso, tuvo lugar la solemne funcion que en honor del Santisimo Corazon de Jesus ofrecian los congregantes por el completo triunfo que habia obtenido de todos los Corazones de los habitantes de Tamames, quedando desde aquel momento instalada esta piadosa congregacion, asi como lo habia sido en la festividad de todos los Santos de las Hijas de María: por la tarde terminó la mision despidiendose sucesivamente desde la Cátedra Sagrada los PP. Misioneros, despues de la Plática de perseverancia.

Este fué un acto verdaderamente imponente; el inmenso gentio que llenaba el Templo prorrumpió en un copioso llanto que denotaba evidentemente la afliccion que se apoderaba de sus corazones por la ausencia de los enviados del Señor. Aumentóse el dolor

de esta escena con las elocuentes y tiernas palabras que el Sr. Arcipreste dirigió á los PP. manifestando el reconocimiento de todo su pueblo y la pena que les causaba tan sensible separacion. A la mañana siguiente se llevó el Señor á los enfermos asistiendo, todo el pueblo á tan religiosa ceremonia. Acto continuo dispusieron su marcha los PP. y los habitantes de Tamames, con multitud de forasteros, se apresuraron á rendirles el último tributo de agradecimiento. besando todos á porfia, niños, jóvenes y ancianos, entre suspiros y sollozós el Santo Crucifijo.

Mas de mil Confesiones, en su mayor parte generales, amancebamientos separados, restituciones, reconciliaciones de inveterados odios, la paz en el seno de familias divididas, la fundacion de dos asociaciones religiosas y la de San Vicente de Paul, en proyecto, la tranquilidad y alegría de las conciencias y otros inmensos beneficios, he aquí los frutos inmediatos de la Santa mision. Triunfos tan gloriosos solo sabe obtenerlos la Religion del Crucificado y los obtiene siempre que la palabra divina es anunciada á corazones dóciles y sensibles. Los hijos de Tamames no olvidarán nunca estos dias de salud, que la Providencia les ha proporcionado, porque quedan en ellos profundas impresiones, que no podrán menos de trasmitir á sus descendientes, recordando esta época como la mas venturosa de su vida.